& à iuſti,& legitimi,& vtilis,& honeſti,& iucundi,& facilis, & poſſibilis, & neceſſarij partibus antè dicta negotia confirmabimus. Et ſi quidem iuſtum ineſt, id primũ collocabimus, & per hoc, pérque huic ſimile,& per contrarium,& per iudicatum iuſtum enarrabimus. Et ſimilia his iuſtis, de quibus loqueris, exempla ſunt afferẽda. Habebis autem permulta exempla tũ ex his, quę priuatim apud ſingulos iuſta exiſtimantur, tum etiam ex his, quæ in ipſa vrbe, vbi orationem habes, tum demum ex his, quæ in aliis vrbibus iuſta duci ſolent, Cùm verò hæc omnia hoc modo percurrentes narrauerimus, in ipſiúſque iuſti fine ſententias, commentationéſque moderatas, & ſibi inuicem diſſimiles attulerimus, ſi quidem ea pars lõga ſit, eiúſque meminiſſe voluerimus, paucis iterabimus. Sin autem mediocris ſit, commemoretúrque, tum vbi eam definierimus, aliam quoque partem adiũgemus. Eſt autem id huiuſmodi: Quòd iuſtum quidem eſt, auxiliari nos Syracuſanis, ſatis ex iis quæ dicta ſunt demonſtratum exiſtimo. Quòd autem etiam id nobis cõducturum ſit, enitar edocere. Et cùm rurſus eodem modo, vt de iuſto factitaras, vtile percurreris, & eius extremam partem vel breuiter iterando, vel finiendo abſolueris, itidem aliam partem, quæcunq. tibi in manu fuerit, adiunge. Hoc igitur modo aliam alij partem addere & orationem contexere opus eſt. Cùm hęc verò omnia proſecutus fueris quibus ea, quæ perſuades, confirmare queas, oportet in his de omnibus ſummatim cum commẽtationibus & ſententiis, coloribúſque demonſtres, non ea efficere & iniuſtum, & pernicioſum, & turpe,& triſte admodum fore. Contrà verò ſummatim addendum eſt,& iuſtum,& vtile,& honeſtum, voluptuoſúmque futurum, ſi hæc ad quæ eos exhortaris, effecerint. Vbi verò iam ſatis, abundéque ſententiarum grauitate vſus fueris, quæ perſuades, concluſione terminabis. Et hoc quidem modo quę propoſita fuerint, confirmabimus. Poſt hanc autem partem de præoccupatione dicere aggrediemus.

CAPVT XXXIIII.

Eſt autem præoccupatio, eorum locorum qui contra tuam dictionem haberi poſſent, præoccupans reprehenſio. Oportet autem quæ ab aduerſariis dicuntur extenuare, tua verò amplificare, veluti ſuperiùs in amplificandi tractatu audieras.

A τῷ δὲ δικαίῳ, καὶ τῷ νομίμῳ, καὶ τῷ συμφέροντι, καὶ τῷ καλῷ, καὶ τῷ ἡδεῖ, καὶ τῷ ῥαδίῳ, καὶ τῷ δυνατῷ, καὶ τῷ ἀναγκαίῳ, τὰς προειρημένας πράξεις βεβαιωτέον. καὶ εἰ μὲν ὑπάρχει, πρῶτον τὸ δίκαιον τακτέον, διεξιόντας διὰ τούτου τε τοῦ δικαίου, καὶ τοῦ ὁμοίου τῷ δικαίῳ, καὶ τοῦ ἐναντίου, καὶ τοῦ κεκριμένου δικαίου. δεῖ δὲ καὶ τὰ παραδείγματα τοῖς B ὑπὸ σου λεγομένοις δικαίοις ὅμοια φέρειν. πολλὰ δὲ ἕξεις λέγειν ἔκ τε τῶν ἰδίᾳ παρ᾿ ἑκάστοις δικαίων ὑπολαμβανομένων, καὶ ἐκ τῶν ἐν αὐτῇ τῇ πόλει ἐν ᾗ λέγεις, καὶ ἐκ τῶν ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν. ὅταν δὲ ἅπαντα τοῦτον τὸν τρόπον μετιόντες διέλθωμεν, ἐπὶ τελευτῆς αὐτοῦ γνώμας καὶ ἐνθυμήματα μέτρια, καὶ ἀλλήλοις ἀνόμοια ἐνεγκόντες, ἐὰν C μὲν μακρὸν ᾖ τὸ μέρος, καὶ βουλόμεθα μνημονεύεσθαι, συντόμως παλιλλογήσομεν. ἐὰν δὲ μέτριον ᾖ, καὶ μνημονεύηται, αὐτὸ τὸ μέρος ὁρισάμενοι, πάλιν ἕτερον προθησόμεθα. ἔστι δὲ ὃ λέγω τοιόνδε· ὡς μὲν δίκαιόν ἐστιν ἡμᾶς βοηθεῖν Συρακοσίοις ἐκ τῶν εἰρημένων ἱκανῶς ἀποδεδεῖχθαι νομίζω· ὡς δὲ καὶ συμφέρει ταῦτα πράττειν, ἐπιχειρήσω διδάσκειν. πάλιν δὲ περὶ τοῦ συμφέροντος ὁ-D μοιοτρόπως τοῖς προειρημένοις ἐπὶ τοῦ δικαίου μετιὼν, καὶ ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ μέρους, ἢ παλιλλογίαν ἢ ὁρισμὸν ἐπιθεὶς, πάλιν ἕτερον ὅ, τι ἂν ὑπάρχῃ σοι, προστίθει. τοῦτον δὲ τὸν τρόπον ἄλλο ἄλλῳ συνάπτειν μέρει καὶ συνυφαίνειν τὸν λόγον. ὅταν δὲ πάντα διέλθῃς, ἐξ ὧν ἐνδέχεταί σοι βεβαιῶσαι τὴν προαίρεσιν, ἐπὶ τούτοις ἅπασι κεφαλαιωδῶς E μετ᾿ ἐνθυμημάτων καὶ γνωμῶν ἢ σχημάτων δείκνυε, ὡς ἄδικον καὶ ἀσύμφορον, καὶ αἰσχρὸν, καὶ ἀηδὲς μὴ ποιεῖν ταῦτα· καὶ ἀντιτίθει κεφαλαιωδῶς, ὡς δίκαιον, καὶ συμφέρον, καὶ καλὸν, καὶ ἡδὺ πράττειν, ἐφ᾿ ἃ παρακαλεῖς. ὅταν δὲ ἱκανῶς ἤδη ᾖς γνωμολογικῶς, τὴν προαίρεσιν πέρατι ὁρίσαι. καὶ τοῦτον μὲν τὸν τρόπον βεβαιώσομεν τὰ F προτεθέντα. μετὰ δὲ τοῦτο τὸ μέρος λέξομεν τὴν προκατάληψιν.

Κεφάλαιον λδ.

Αὕτη δέ ἐστι, δι᾿ ἧς τὰς ἐνδεχομένας ἀντιλογίας ῥηθῆναι τοῖς ὑπὸ σου εἰρημένοις προκαταλαμβάνων διασυρεῖς. δεῖ δὲ τὰ μὲν ἐκείνων μικρὰ ποιῶν, τὰ δὲ σαυτοῦ αὔξειν, ὡς ἐν ταῖς αὐξήσεσι προακήκοας.

χρὴ δὲ